Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8269
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



da secundum constitutiones & consuetudines feu-
dales concessam, sine consensu Domini libere exer-
ceri posse, in casibus, in quibus licet, ut si feudum
datum sit pro se & quibus dederit, per Dec: cons:
193. col. 4. Vers: Et ideo consonat, Atqui feuda
pro se & omnibus siue quibuscunque haeredibus
alienata ac acquisita sunt talia, quae absque
assensu Domini possunt alienari, per supra
dicta.

Errat autem ibid: n. 45. scribens, data potestate
alienandi feudum, intelligi eam secundum natu-
ram feudorum concessam esse, per spec: Joann:
And: Bald: Alex: & Ant: Rub: quos citat, si-
cut etiam senserunt Natta cons: 600. n. 22.
Jacob: de S. Georg: d: tract: feud: Verbo. Ita
etiam quod. n. 2. per Wesen: cons: 73. n. 4.
usque ad: n. 24. Nam eo casu ~~licere~~ vasallo
absque Domini assensu feudum alienare lice-
re probatur, per text: in c. i. de feud: non habent:
propri: naturam c. i. si de feud: defunct: contro-
uers: fuerit inter Dom: et agnat: atque ita
etiam recte tradunt. Socin: (inter consilia
Brun:) cons: 10. & communiter Del: tes Te
Roland: à Vall: cons: 3. n. 60. Vol. i. cons: i.
n. 70. in princ: & cons: 16. n. 15. Vol. 3. Deci-
an: respons: 58. n. 33. in fin: & 59. in fin: Vol.
2. & faciunt, quae in cons: 48. n. 9. traduntur,
inter consilia feudal: uariorum authorum.

Weil dann hieraus weit mehrem bewisses,

dz